

*Augustus, Allezeit Wehrer des Reichs, vid. Limn. T. 1. L. 2. c. 1. §. 30. seqq. Germ. Der Römische Käyser: Qui vero primi, voce Käyser, & Römischer Käyser, usi sint, Limn. c. 1. §. 25. § seq. tradit, salu- tatur. Rariores appellationes Imperatoris, quod dicatur Administrator, Procurator & Tutor Imperii, Des Heil. R. R. Verwalter, Pfleger und Vormund, uti post Limn. ad Capit. Carol. V. Schwederus P. S. S. 1. c. 1. §. 7. esse affirmat. Advocatus ecclesie, quatenus ejus defensor universalis, Recess. J. de A. 1512. §. 1. Und nachdem. quoque appella- tur. Illustr. Dn. Strykius in exam. J. F. c. 4. §. 41.*

§. XXX. Dn. Schwederus in J. P. P. S. f. 1. c. 1. §. f. Imperatorem ita describit: Est Summus Princeps, qui secundum constitutionem A. B. Ca- roli IV. ab Electoribus legitime electus, Imperio Rom. Germ. tanquam caput præst, & ad LL. in Capitulatione definitas imperat. Vel secundum *Limneum L. II. c. 2. §. 1.* Imperator est persona ha- bilis, *A. B. C. 2. §. 1. § 3.* Illustri familia Germanica orta, *vid. Arumæus ad A. B. C. 2. §. 3. de Jur. Publ. Discurs. VI. Petr. de Andlo. tr. de Imper. Rom. L. 2. c. 3. Sim. Pistor. conf. 1. n. 2. § seqq.* ab Electoribus secundum LL. Imperii electa, ut Reipubl. Roma- no Germ. tanquam caput & Administrator legiti- me præsit. *v. A. B. C. 2. §. 5.* §. XXXI.